



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvta, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

256. feria 5. de Amicitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 5. Domin. 12. post Pentecost. 457

laritate sustinet. 10. Collectio internarum virtutum; charitas enim ut magnes memoriam, intellectum, voluntatem ad Deum trahit, nec à Deo divelli patitur. 11. Concordia voluntatum; facit enim charitas, ut hoc voluntas divina in suo genere præstet voluntati nostræ, quod in suo animo præstat corpori nostro. 12. Transformatio in Deum, quod fit virtutum Dei quâdam imitatione, & omnis immunditiæ abjectione. *Talis quisque nostrum est, qualis ejus dilectio, terram diligis, terra eris, Deum diligis, Deus eris,* inquit August, Tr. 2. epist. 1. in Joann.

MEDITATIO CCLVI.

Feria 5. Domin. 12. post Pentecost.

De Amicitia.

Aspiciam vinculum veræ amicitia de manibus Christi mihi porrigi, Petam usum ejus intelligere.

Cons. 1. Amicitia est mutua duorum benevolentia, in Virtute fundata, & bonorum communicatione conjuncta, vel est virtus, quâ homo decenter comiter, & suaviter se habet cum illis, quibuscum vivit, & conversatur.

Cons. 2. Incitamenta. 1. Amicorum ope ad coelestia promovemur. 2. Amicitia est imago patriæ coelestis, in qua Angeli se mutuò diligunt,

V

ligunt,

458 *Ferias. Dom. 12. post Pentecost.*

ligunt, & suavissimè conversantur. 3. Est utilissima, & suavissima; ab amico enim fideli habemus in dubio consilium, in afflictione refrigerium, in molestia solatium, in necessitate, sive spirituali, sive temporali subsidiū.

Conf. 3. Actiones 1. amicos perfectos, vel studiosos eligere. 2. Eos non aliam ob causam, sed ob virtutes in eis relucens diligere. 3. Debitam cum ijs mensuram conversationis tenere, sine offensione aliorum. 4. Amicis capacibus arcana aperire, & ab eis directionem exquirere. 5. Amicorum defectus blandè corrigere, vel dissimulare, vel ferre patienter. 6. Tempore adversitatis eos maximè complecti, in prosperitate eis gratulari, & immoderatam eorum lætitiā bonis consilijs reprimere. 7. Nihil inhonestum ab eis postulare. 8. Libenter eos juvare, & ab ijs juvari. 9. idem cum ijs velle, licet iudicia dissentiant. 10. Absentes prudenter defendere. 11. In communi cum ijs conversatione decorum servare. 12. Ita amicitiam temperare, ut immoderata non fiat, alios offendat, non nimis distrahat; alias cessaret esse vera amicitia: quia procederet ab affectu inordinato, à tepiditate, à dæmone, à propria malitia, adeoque esset pessima: *Quid*

requius, quàm quod excogitavit caro, & sanguis? Eccl. 17. vers. 30.

MEDL